BIBLIA LATINA, BD. 2

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 286v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

propter vos in persona cristi· ut non cir
cumveniamur a sathana· Non enim
ignoramus versucias eius· Cum
venissem autem troadem propter evan
gelium cristi et hostium michi aptum
esset in domino non habui requiem
spiritui meo· eo quod non invenerim
tytum fratrem meum· sed valefa
ciens eis profectus sum in mace
doniam· Deo autem gratias qui sem
per triumphat nos in christo ihesu·
et odorem noticie sue manifes
tat per nos in omni loco· quia christi
bonus odor sumus deo· in hiis qui sal
vi fiunt· et in hiis qui pereunt· Aliis
quidem odor mortis in mortem· A
liis autem odor vite in vitam· Et ad
hec quis tam ydoneus? Non enim
sumus sicut plurimi adulterantes
verbum dei· sed ex sinceritate· sed
sicut ex deo coram deo in cristo lo
quimur· Incipimus autem iterum
nosmet ipsos III
commendare· aut numquid egemus
sicut quidam commendaticiis epistolis
ad vos· aut ex vobis? Epistola nostra
vos estis· scripta in cordibus nostris
que scitur et legitur ab omnibus
hominibus manifestati quoniam
epistola estis cristi ministrata a nobis et
scripta non atramento· sed spiritu
dei vivi· non in tabulis lapideis· sed
in tabulis cordis carnalibus· Fidu
ciam autem talem habemus per cris
tum ad deum· non quod sufficien
tes simus cogitare aliquid a no
bis· quasi ex nobis· sed sufficien
cia nostra ex deo est· qui et ydone
os nos fecit ministros novi testa
menti non littera sed spiritu· littera
enim occidit· spiritus autem vivificat· Quod si
ministracio mortis litteris deformata
in lapidibus fuit in gloria· ita ut
non possent intendere filii israel in fa
ciem moysi propter gloriam vultus eius
que evacuatur· quomodo non magis
ministracio spiritus erit in gloria?
Nam si ministracio dampnacionis
in gloria est· multo magis habundat
ministerium iusticie in gloria· Nam
nec glorificatum est quod claruit
in hac parte· propter excellentem
gloriam· Si enim quod evacuatur
per gloriam est· multo magis quod
manet in gloria est· Habentes autem
talem spem· multa fiducia utimur
Et non sicut moyses ponebat vela
men super faciem suam· ita ut non
intenderent filii israel in faciem suam
quod evacuatur· sed obtusi sunt
sensus eorum· usque in hodiernum
diem· Id ipsum velamen in leccione
veteris testamenti manet non reve
latum· quoniam in cristo evacuatur·
sed usque in hodiernum diem cum legitur
moyses· velamen est positum super
corda eorum· cum autem conversus
fuerit ad dominum· auferetur vela
men· Dominus autem spiritus est·
Ubi autem spiritus domini· ibi libertas·
Nos vero omnes revelata facie christi
gloriam domini speculantes· in eandem
ymaginem transformamur· a clari
tate in claritatem· tamquam a domini
spiritu· IIII
Ideo habentes hanc administracionem